Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sepulchrum in quodam urbium geth.
//qui in viculo demonstratur quod est in secundo
miliario sephorim. ut in via que pergit
tyberiadum. Incipit yonas. Ca. i.

T factum est verbum
domini ad yonam
filium amathi.
dicens. Surge et
vade in niniven
civitatem gran
dem. et predica in ea:
quia ascendit clamor malicie eius
coram me. Et surrexit yonas ut
fugeret in tharsis a facie domini. Et
descendit in yoppen: et invenit navem
euntem in tharsis. et dedit naulum
eius. et descendit in eam: ut iret cum
eis in tharsis a facie domini. Dominus
autem misit ventum in mare: et facta est
tempestas magna in mari: et na
vis periclitabatur conteri. Et timue
runt naute: et clamaverunt viri ad
deum suum: et miserunt vasa sua que
erant in navi in mare: ut alleuia
retur ab eis. Et ionas descendit ad
interiora navis: et dormiebat sopore
gravi. Et accessit ad eum guberna
tor. et dixit ei. Quid tu sopore depre
meris? Surge invoca deum tuum: si for
te recogitet deus de nobis. et non pere
amus. Et dixit vir ad collegam suum.
Venite et mittamus sortes: et scia
mus quare hoc malum sit nobis. Et
miserunt sortes: et cecidit sors super
yonam. Et dixerunt ad eum. Indica
nobis cuius causa malum istud sit
nobis: quod est opus tuum. et que terra tua.
vel ex quo populo es tu. Et dixit ad
eos. Hebreus ego sum: et dominum deum
celi ego timeo. qui fecit mare. et ari
dam. Et timuerunt viri timore mag
no: et dixerunt ad eum. Quid hoc fecisti?

Cognoverunt enim quod a facie domini fu
geret. quia indicaverat eis. Et dixerunt
ad eum. Quid faciemus tibi: et ces
sabit mare a nobis? Quia mare
ibat et intumescebat multum super
eos. Et dixit ad eos. Tollite me. et
mittite in mare: et cessabit mare
a vobis. Scio enim quoniam propter me.
tempestas hec grandis super vos.
Et remigabant viri ut reverterentur
ad aridam: et non valebant: quia
mare ibat et intumescebat super eos. Et
clamaverunt ad dominum et dixerunt. Que
sumus domine ne pereamus in
anima viri istius. et ne des super
nos sanguinem: quia tu domine fe
cisti. sicut voluisti. Et tulerunt yo
nam et miserunt in mare. et stetit
mare a fervore suo. Et timuerunt
viri timore magno dominum: et immo
laverunt hostias domino. et voverunt
vota. Capitulum Secundum.

ET preparavit dominus piscem
grandem. ut deglutiret
ionam. Et erat yonas
in ventre piscis tribus diebus. et tribus
noctibus. Et oravit yonas ad dominum
deum suum de ventre piscis. et dixit.
Clamavi de tribulatione mea ad
dominum: et exaudivit me. de ventre in
feri clamavi: et exaudisti vocem me
am. Et proiecisti me in profundum.
in corde maris: et flumen circumdedit
me. Omnes gurgites tui et fluctus
tui super me transierunt. Et ego dixi.
Abiectus sum a facie oculorum tuorum.
Verumtamen rursus videbo templum sanc
tum tuum. Circumdederunt me aque us
que ad animam meam. Abis
sus vallavit me: pelagus operuit
caput meum. Ad extrema montium
descendi: terre vectes concluserunt me